



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

iiij Que sint post celebrat[i]onem cauenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Capitulum

tio grauius iudicentur a domino. sed et ut de tali gratias debitas existens potiorum beneficiorum dignus efficiatur. et precipue ut ad crastinam celebratōem vel saltem spiritualem istius sacramenti sumptōem ad quam semper tenetur esse dispositus preparatio reddatur. Semper enim celebratio precedens dispositio ac preparatio esse debet ad sequentem. Magis autem attendenda est in huiusmodi gratiarum actione feruida cordis deuotio quā proluxa labiorum oratio.

ii
Solo.

Utrum post celebratōem aliqua etiā singulariter sint agenda. Sic debet enim is qui celebrauit in omnibus timore virtuose et exemplariter se habere et in bonis occupationibus exercitijsque salutaribus consolatiōem et delectatiōem querere. ut in meditando. psallendo. orando. studendo. scribendo. legendo. docendo. et horas canonicas debite psoluendo. ita et ut dyabolus nunquam eum ociosum inueniat et ad futura dona paratior fiat.

iii
Solo.

Que sint sacerdoti post celebratōem cauenda. Maxime cohibenda est lingua ne loquatur leuia inutilia scurrilia vel dolosa verba. Sic etiā visus cohibendus est ne videat vana. et suo modo sensus ceteri sunt caute custodiendi. precipue etiā crapula et ebrietas fugienda sunt. ioca et ludi similiter sunt vitandi. Et ut hec facilius possint fieri studendus est sumopere ut dicat beatus Gregorius quod semper animus in suo pondere et vigore seruetur ne postea eum fluxa cogitatio dissoluat ne vana etiā leticia mentem subrepat et lucrum cōpunctōnis animā per incuriā fluxe cogitatiōnis perdat.

iiii
Solo.

Utrum statim post missæ celebratōes sit comedendū vel bibendū. De iure nō debet fieri. unde de hoc dicitur de iosepho dist. ij. Si mane dominica portio editur vsque ad sextā ieiunent ministri qui eam sumpserunt. Et si tertia vel quarta hora acceperint ieiunent vsque ad vespas. Sed de consuetudine hoc ius non seruetur. propter reuerentiā tamē tanti sacramenti dignum est ut a cibo et potu abstineatur donec debite gratiarum actiōes sint redite et interea etiā species sacramentales. verisimiliter existimantur corrupte.

Dubiū

¶ Capitulum septimum de dubijs occurrentibus circa materiam ad consecrandum aptam. videlicet panem et vinū sex comprehendit articulos.

Art. i.

¶ Resoluit lex dubia que incidunt circa panem consecrandum siue hostiam antequam consecretur

I Quis et qualis debeat esse panis ut consecrari et ex eo confici valeat corpus christi.

Solo. Debet esse triticeus aqua naturali confectus et azimus. id est non fermentatus.